

Alte Drucke

**EPHEMERIDES || COELESTIVM || MOTVVM || IO. ANTONII
MAGINI || PATAVINI, AD ANNOS XL. || Ab anno Domini 1581.
vsque ad annum 1620. secundum Copernici ...**

Magini, Giovanni Antonio

Venetiis, 1582

IN IO. STADIVM MATHEMATICVM EPHEMERIDVMQ. COMPILATOREM
ANIMADVERSIO, Qua certissimis demonstrationibus ex calculo Astronomico
impugnantur, ac damnantur quae impluribus in locis Ephemerides eius tanquam

...

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150787

IN
IO. STADIVM
MATHEMATICVM
EPHEMERIDVMQ.

COMPILATOREM

ANIMADVERSIÒ,

*Qua certissimis demonstrationibus ex calculo Astronomico impugnantur,
ac damnantur quimpluribus in locis Ephemerides
eius tanquam à Prutenicis tabulis
multum discrepantes.*

Authore Io. Antonio Magino Patavino.



STRONOMIA, quæ de motibus corpo-
rum cælestium tractat, quantum non tam iucun-
ditate, quàm utilitate sui mortalibus curæ esset,
eruditi, ac celebres sapientum antiquorum la-
bores, monumentaque testantur, cum ne priua-
ti solum homines, sed etiam Principes, & Re-
ges ad hanc artem exornandam, ac conseruan-
dam summo opere excitati sint. Verum cum hæc
cælestis disciplina, ut maximè omnium expeti-
tur, ita etiam perdifficilis existit, cum non
vnius solum sæculi; sed multorum observatio-

nibus ob varios, & diuturnos planetarum, inerrantium quæ stellarum
motus, indigeat, accidit, ut nondum exactè, perfectèque vsque ad pau-
ca ante hæc nostra tempora, quin aliquam censuram subire possit, co-
gnita fuerit. Nam & si Inclitus Rex Alphòsus præteritis proximis sæculis
Mathematicis maximè incumbens, hancque motuum facultatem ad in-
tegritatem conducere affectans, suas tabulas Astronomicas summis labo-
ribus, incomparabilibusque expensis miro modo construxisse curasset, ta-
men quoniam pulcherrima veterum authorum monumèta partim vetu-

A state,

state, partim oscitantia, & fœda descriptorum negligentia, interpretumq; prava versione quamplurimis in locis turpissimè corrupta, & depravata fuerunt, & ob summorum artificum suo sæculo indigentiam, hanc operam minimè absolvere potuit, quinimo prædictæ Alphonsi tabulæ quàm maximè à cœlo discrepant, cum nec huius temporis observationibus, nec veterum ritè accommodari possint. Quamobrem huius scientiæ perfectæ inquisitio miraculo quodam ætati nostræ reservata fuit, cum proximis his temporibus elapsis à duobus summis artificibus nempe Nicolao Copernico, & Erasmo Reinoldo singulari Dei beneficio excitatis illustrata, in pristinamque integritatem restituta sit. Copernicus etenim proprias observationes cum certioribus veterum, & recentiorū conferendo singulari quadam solertia Geometria duce novas hypothesen constitutendo suum opus de revolutionibus orbium cœlestium absolvit, & eum sincerè posteris communicavit, ex quo divino opere Reinoldus tabulas Prutenicas non sine immenso labore, & hominum magna utilitate accurata supputatione condidit, ut retro, & ante ad quæcumque tempora, & observationes ritè accommodentur: sed & si ab eruditis omnibus hæ tabulæ (neglectis Alphonsinis à cœli facie longè dissentientibus) tanquàm legitimæ amplexatæ fuerunt, attamen inter tot celebres mathematicos, & astronomos, nemo præter solum Ioannem Stadiū ex his tabulis laborem compilandi Ephemeridas pro quotidiano usu sustinere voluit, sed si nobis verum fateri liceat, certè evidentius est, quàm ut negari possit, ipsum non inuandi amore, flagrantiq; ex imo pectore constantis, & immotæ veritatis studio, sed inexplebili quadam inanis, & mox perituræ gloriæ petulantia motum fuisse, quod satis constat ex quamplurimū studiosorum virorum quærelis, affirmantium numeros motum planetarum à Stadio annotatos multum à dictis tabulis quampluribus in locis discordes reperiri, quinimo permulti languidioris mentis viri in multos Stadij errores incidentes adhuc ambigui sunt, an hoc ob Stadij ignaviam, an potius vitio tabularum accidere possit. Hæc cum quotidie audiuissem, & ipsemet casu solum quamplurimos illius errores animadvertissem, magnam molem Stadianarum Ephemeridum tam præteritorum, quàm futurorum annorum indefesso labore revolvere cœpi, & examinatis diligenter per tabulas Prutenicas quampluribus planetarum locis, infinitorum errorum copiam annotavi: sed quod turpius est, satis evidenter cognoui, integros omnes annos, qui post annum 1595. sunt, non ad Copernicæ rationem à Stadio computatos, sed ex Cypriani Leovitij Alphonsinis Ephemeridibus furtim paucis aliquibus numeris dolosè immutatis, transcriptos esse, quod eò fecisse certum est, ut ingens volumen absq; nimio labore, celeriusque conscriberet, nam nunquam mihi persuaderi potui Stadium in eam hæresim lapsū esse, ut crederet cœlestes motus

ex Alphonfinis tabulis (reliſta via Copernici) tunc petendos eſſe, id quod tantum abeſt, vt adiuuet ſtudia eorum, qui ad cognitionem Aſtrologiæ animum adhibent, vt etiam illis magnam iacturam aſſerre videatur, cum hanc in miſerandum permultorum naufragium ad priſtinam barbariem reducere conetur, nam & iam diu in manibus hominum verſari cęperat, vt iam longo probari uſu videretur. Quare perpendens mancam, atq; mutilam Aſtrologiæ ſcientiam fore, niſi cęleſtium motuum exquisita cognitio habeatur, cumq; in me ab ineunte adoleſcentia huius ſtudij, qui in numerorum exercitatione, cęleſtiumq; motu cognitione poſitus eſt, præſtantia, atque uſus mirabilem ſui ardorem excitaret, hæcque cupiditas in dies magis creſceret, putavi me nihil, aut præſtantius, aut ad ſtudioſorum utilitatem facere poſſe commodius, quam ſi toto pectore, totiq; viribus ad Ephemeridas denuo ſupputandas vigilantem conſideratione ſtudium incumbere: hancque meam voluntatem cum expoſuiſſem quàm pluribus doctis viris, quos ego magnopere obſeruabam, & quos propentioris animi erga me dignoueram, non ſolum ſummopere laudarunt, verum ad hunc laborem ſubeundū vrgentibus ſtimulis multoties me excitant. Itaque vt celerius, exactiusque hoc opus conficerem, putavi mihi tentandum eſſe, vt abſolutiſſimas tabulas ex Prutenicis deducerem, cum illæ in operando ob miram breuitatem nimis perdifficiles exiſtant, quas ego tabulas, cum plenè abſoluifſem, mihi (ſalua omni arrogantiâ) tantò fuerunt auxilio, tantæque commoditati ob eius facilem operationem, vt in elaborando hoc Ephemeridū opere triennium cum dimidio ſolum conſumpſiſſem, quodd aliàs auxilio ſolarum Prutenicarum minus octennij ſpacio eum abſoluere poſſe diffidebam. In meis enim tabulis radices omnium motuum planetarum ad ſingulos annos annotavi, & has etiam ad denos dies cuiusque meſis in annis, ad quos Ephemerides compilatę ſunt, deduxi, inſuper canones Proſtaphæreſcom, ſeu æquationū, in quibus tota ferè computandi difficultas manet, ad quinos primos ſcrupulos accurate ſupputavi, reliſtis tamen columnis ſcrupulorum proportionalium, & exceſſus orbis, quarum ſupplemento tabulam recens à me excogitatam condidi, quæ mediante ingreſſu centri, & anomaliz orbis partem proportionalem exceſſus orbis præbet, addendam ſemper æquationi orbis ad calculum abſoluendum. Quæ tabulæ tantum facilitatis, & compendij afferunt, vt non mirū videatur, ſi in dodrante horæ ſinguli planetę ad quolibet datum tempus ſupputari poſſunt, nihil penitus à tabulis Prutenicis diſcrepantes, præterea novos canones diſtorum motuum ſingulorum planetarum excogitavi, qui alia ratione, faciliorque illis ab Eraſmo præceptis vi geſimo & trigefimoſexto Prutenicarum edoctis, utpote cum anomalia tū Eccentri, tum Epicycli, nobis ſimpliſſi ingreſſu ſingulis diebus cuiuslibet planetę motum diurnum præbent, pari etiam ratione canones latitudi-

ANIMADVERSI O

num confeci, qui vno solo ingressu per eccentrici & orbis anomaliam veram latitudinem planetarum exhibet. Demum, præter multa alia necessaria, exquisitam etiam tabulam supputandorum aspectuum compilavi, in qua inventa prius diurna superatione in fronte eius, & à latere intervallo, seu distantia Planetarum, exprimuntur ad angulum communem horæ, & scrupula tui aspectus.

Verum in Ephemeridibus condendis hunc ordinem observavi, primo locum planetæ auxilio tabularum accuratè inveni, ad primum scilicet, vnde decimum, & vigesimum primum cuiuslibet mensis diem, & hoc in ☉. ☿. & ♀, sed in cæteris planetis ad primum & dimidium mensis solum, postea centrum planetæ, & orbis anomaliam ad quoscunque interceptos dies protuli, præscribendo primo centrum, & anomaliam orbis tanquam fundamentum, & per centrum, & orbis anomaliam inveni quovis die verum motum diurnum. Inde hunc omnium dierum intermediarum motum addidi vero loco Planetæ ad principium inuento, successivè per ordinem semper, & si ex coagmentatione omnium diurnorum motuum cum loco Planetarum, quem ad certum diem pro radice inveni, mihi resultat Planetæ locus ad extremum diem, qui loco per tabulas supputato congruat, rectè operatio se habet, si minus reiteranda est operatio, quod raro quidem in calculo versatis accidit. In tribus vero superioribus, & etiam in Venete minus laboris adhibetur, quoniam si directi sint, & veloces motu sine discrimine eius diurnus motus ad aliquem diem inventus, multis diebus in ferre potest, quod si retrogradi sint, aut prope stationes suas ob varietatem diurnorum motuum superiorem ordinem observare convenit, sed hæc alibi, Deo favente, copiosè tractabuntur, bina tamen exëpla studiosis afferam, ut rectius fundamenta nostra aduersus Stadiū apprehendant. Exemplum primum.

Sit conficienda Ephemeris ☿ mensis Ianuarij ad annum Domini 1581. Iuxta superiorem igitur methodum inveniuntur locus verus Lunæ ab apparenti æquinoctio primo mensis in Par. 0. Scr. 7. +, centrumque ☿, seu distantia ☿ à Sole duplicata Sig. 9. Par. 2. Scr. 3. relictis secundis in hoc negotio, quoniam parum important. Anomalia vero ☿ æqualis est Sig. 3. Par. 20. Scr. 46. Sed ad vndecimum eiusdem mensis diem locus verus ☿ reperitur in Par. 25. Scr. 31. V & eius centrum Sig. 5. Par. 5. Scr. 52. anomaliamque eius Sig. 8. Par. 1. Scr. 25. Motus autem diurnus centri Lunæ est Par. 24. Scr. 23. ferè diurnus autem anomaliam est Par. 13. Scr. 4 ferè, sed ne in re planissima sim prolixior, subijcio Tabellam huius calculi.

Sequitur Tabella.

mun c A

Dies	Centrum		Ano. orbis		Motus diar.	Ephem. ☉	
Mensis	S	P scr.	S	P scr.	P /	P /	
1	9	2 3	3	20 46		0 7	Radix
		24 23		13 4	13 58	13 58	
2	9	26 26	4	3 50		14 5	
		24 23		13 4	14 19	14 19	
3	10	20 49	4	16 54		28 24	
		24 23		13 4	14 38	14 38	
4	11	15 12	4	29 58		13 2	6
		24 23		13 4	14 50	14 50	
5	0	9 35	5	13 2		27 52	
		24 23		13 4	14 58	14 58	
6	1	3 58	5	26 6		12 50	∞
		24 22		13 3	14 59	14 59	
7	1	28 20	6	9 9		27 49	
		24 23		13 4	14 51	14 51	
8	2	22 43	6	22 13		12 40	X
		24 23		13 4	14 37	14 37	
9	3	17 6	7	5 17		27 17	
		24 23		13 4	14 18	14 18	
10	4	11 29	7	18 21		11 35	Y
		24 23		13 4	13 56	13 56	
11	5	5 52	8	1 25		25 31	Radix

Alterum exemplum.

Sit similiter construenda Ephemeris ☿ ad dictum tempus, nempe ad mensem Ianuarij anno 1581. Verus itaque ☿ locus primo mensis est in Par. 7.55. ∞ anomalia autem Eccentri ☿ est fig. 1. Par. 20. scr. 36. ferè. Anomaliaque orbis fig. 4. Par. 8. scr. 0. sed ad 11. dicti mensis diem ☿ incidit in Par. 8.2. ∞ & eius anomalia Eccentri fig. 2. Par. 0. scr. 27. orbis itē anomalia est. fig. 5. Par. 9. scr. 4. Diurnus portò Eccentri motus est Par. 0.59. ferè, anomaliæ denique diurnus est. Par. 3.6. 24. sed euidentius hic calculus ex hac sequenti tabella apparet.

ANIMADVERSIO

Dies	Centrum	Anom. orbis	Motus diar.	Ephem. ♀	
Menſis	S P /	S P / //	P /	P /	
1	I 20 36 0 59	+ 8 0 0 3 6 24	0 29	7 55 0 29	Radix Adde
2	I 21 35 0 59	+ 11 6 24 3 6 24	0 24	8 24 0 24	Adde
3	I 22 34 0 59	+ 14 12 48 3 6 24	0 18	8 48 0 18	Adde
4	I 23 33 0 59	+ 17 19 12 3 6 24	0 12	9 6 0 12	Adde
5	I 24 32 0 59	+ 20 25 36 3 6 24	0 5	9 18 0 5	Adde
6	I 25 31 0 59	+ 23 2 0 3 6 24	Re. 0 2	9 23 0 Re. 2	Subtrahe
7	I 26 30 I 0	+ 26 8 24 3 6 24	0 9	9 21 0 9	Subtrahe
8	I 27 30 0 59	+ 29 14 48 3 6 24	0 17	9 12 0 17	Subtrahe
9	I 28 29 0 59	5 2 21 12 3 6 24	0 23	8 55 0 23	Subtrahe
10	I 29 28 0 59	5 5 27 30 3 6 24	0 30	8 32 0 30	Subtrahe
11	2 0 27	5 9 4 0		8 2	Radix

Patet igitur totum laborem ſupputandi planetarum longitudines ex duobus potiſſimum dependere, primo etenim certis aliquibus diebus planetarum loca diligenter exquirere pro fundamento oportet, inde mediante Eccentri, & orbis anomalia diurnos motus indagare, & hos continua additione loco planetarum, quem ad certum diem pro radice inueniſti, adiungere, obſeruando ordinem à nobis ſuperius præſatum, hancque viam ſequendo minimè operator ſit errori noxiuſ; attamen tria præcipua circa diurnos motus planetarum aduertenda ſunt.

Primo quod diurnuſ cuiuſque planetaſ motuſ certo ordine procedit augeſcendo, ſeu decreſcendo, Sol etenim in parte Eccentrici deſcendente, quæ ab Apogeo ad Perigeum eſt, diurnuſ habet motuſ paulatim augeſcentem,

tem,

tem, & in ipso Perigæo diurnus motus maior semper est, in parte vero ascēdente, quæ est à Perigæo ad Apogæum, habet diarium motū paulatim diminuentem, & in ipso Apogæo motus diurnus tardior, seu minor est, quod & in Luna similiter se habet, nisi quod nō ad Eccentricū: sed ad Epicyclum orbem hoc referri debet: secus autem in cæteris planetis est, quoniam cum à culmine Epicycli descendunt, eorum diarius motus leniter decrescit, donec primæ stationis punctum attingunt, à statione autem prima ad secundæ stationis terminum retrogradantur, seu contra signorū seriem deferruntur, hac tamen lege, ut à prima statione ad Epicycli inferiorē partem, diurnus eorum motus in præcedentia paulatim maior fit, ab ima vero parte ad secundam stationem, diarius motus sensim minor fit; sed à statione secunda ad summum orbis fastigium, diarius motus in consequentia paulatim augmentatur. Itaque planetæ in superiori orbis parte versantes velociorem habent diarium motum secundum signorum successionem, in ima vero orbis parte velociorem motum diarium contra signorum successionem habent.

Secundum, quodd scire cōuenit, est, quodd differentia diariorum motuum inter se, aliàs maior, aliàs minor est, & hæc etiam variatur in singulis planetis, quando enim planeta prope suas stationes est, tunc eius diurni motus magis in vno die diuersificantur, quam in cæteris sui orbis locis, circa Apogæum vero, & Perigæum parum inter se variantur diarij motus, maior autem differentia in ♄ ♃ & ♀ vnicum non excedit primum scrupulum, in ♀ vero Scr. 2. ferè, in ♃ Scr. 8. in circa: sed in ☉ binorum secundorum, & in ☿ 24. scrupulorum reperiri potest.

Ad extremum vero est ad animaduertendum, quodd maior, seu velocior diarius motus singulorum planetarum talis est, ut in hac subsequenti tabella apparet.

ANIMADVERSI O

	P	/	//	
☉	1	1	43	In maxima Eccentricitate.
	1	1	6	In minima Eccentricitate qualis ferè nostro tempore.
☾	15	1	50	In Apogæo
	14	31	17	In Perigæo
	0	7	9	Circa Apogæum
	0	8	11	Circa Perigæum
♂	0	4	49	Circa Apogæum
	0	5	43	Circa Perigæum
♂	0	12	58	In Apogæo
	0	14	26	In Perigæo
♂	0	7	31	In Apogæo
	0	8	3	In Perigæo
♂	0	36	14	In Apogæo
	0	49	54	In Perigæo
♂	0	15	50	In Apogæo
	0	35	32	In Perigæo
♀	1	12	27	Circa Apogæum
	1	16	50	Circa Perigæum
♀	0	33	24	Circa Apogæum
	0	38	54	Circa Perigæum
♀	1	42	59	Circa Apogæum
	1	54	16	Circa Perigæum
♀	0	35	15	Circa Apogæum
	1	4	20	Circa Perigæum
♂	0	3	11	In præcedentia.

His iactis fundamentis nos decet operâ dare omni contentione, ut hanc optimam artem defendamus, & eo confidentius fecimus, quo certioribus, & validioribus rationibus, atque demonstrationibus nitimur, qui quidem labor non à nobis est susceptus, ut quemquam offenderemus, à qua re semper noster animus abhorruit: sed ut amore, & studio veritatis benevolè, ac sincerè studiosos adiuuaremus, & ut qui non sunt omnino exitiali cecitate corrupti in rectam, atque legitimam viam restituantur.

Primum igitur in medium proferre duximus quâplures errores, qui ex additione motuum diariorum dependēt, ut maior Stadij negligentia, ignavitasq; ab oībus, quâquam parū in calculo exercitatis, satis deprehendatur.

Stadius

Stadius in primis anno 1582. die 30 Martij facit diarium ☿ g. 1. 28'.
 die vero 31. g. 0. 24'. & die primo Aprilis g. 1. 19. manifestè ex superscriptis
 constat hunc in locum ☿ decrefcere per vnum gradum, cum die 31. debe-
 ret esse diurnus motus g. 1. 24'. quoniam diarij inter se non possunt va-
 riarì per gradum, vt hic, sed tantum per 8. minuta ad plus. Eodem etiam
 anno augetur locum ☿ vno gradu, dum die 19. Iunij facit diurnum eius
 g. 0. 30'. & die 20. g. 1. 32'. dieq; 21. g. 0. 33'. debet nanque diurnus motus
 diei 20. esse g. 0. 32. quia nec in vno die diurnus motus ☿ potest variari
 plusquàm duobus scrupulis, nec etià excedere pōt g. 1. 16. vt supra diximus:
 sed hoc solum quando circa Apogēum versatur. & nō vt hic propestatio
 nem. Amplius anno 1586. Sept. 8. facit diurn. ☿ g. 2. 12'. & deberet esse
 g. 1. 12. quoniam hunc motū in die ☿ conficere minimè potest, & etiam
 quia diurnus motus antecedētis diei est g. 1. 14'. & sequentis g. 1. 12. sed quis
 tam rudis erit, qui oscitantiam Stadij protinus non agnoscat, videns quod
 anno 1593. vltimo Decembris diurnum ♃ facit g. 1. 14'. omnibus enim
 notum est Iouem conficere non posse motu diurno plusquàm scr. 24. &
 cum hoc errore prosequitur motum ♃ vsque ad annum 1595. adæquat-
 que ipsum eo anno faciens à 16. Ianuarij vsque ad principium Aprilis
 continuo motum ♃ diurnum m. 13. cum tamen sit m. 14. & sic euidenter
 patet Stadium non, vt ego, his singulis mensibus loca planetarum per tabu-
 las inuenisse: sed interdum per annum, & plus motus diarios radici so-
 lum addidisse. Pariter anno 1599. Augusti 5. diurnum ♂ ponit g. 1. 38.
 cum deberet esse g. 0. 38. nam die antecedenti motus eius est scr. 38. &
 die sequenti scr. 37. similiter eodem anno vltimo Decemb. facit saltum
 scr. 30. contra signorum ordinem in ♄. cum tamen sit directus, & etiam
 in ♃ g. 1. 3'. contra signorum sequelam, nec credas tamen hos errores
 impressorum culpa accidisse, qualis est die 19. Martij 1581. in Mercurio; &
 die 20. vbi ponit ☿ in g. 8. 0. V debet esse 7. 0. & vbi 9. scr. debet esse 8.
 52. & etiam multi alij eiusdē generis, quos omittimus, nec etiam qualis
 est error excusabilis diei 6. Martij 1586. in ☿. vbi facit diarium eius g. 0.
 14'. cum deberet esse g. 1. 14'. cū parum post se corrigat, scilicet die 8. eius-
 dem faciendo diurnum g. 2. 14. & sic legi debet. Martij die 6 | 8 53
 Et etiam aliquo modo excusari potest error diei primi Septem | 7 10 7
 bris 1580. vbi locum ♃ auget g. 1. 6. in vna die, cum corrigat | 8 11 21
 se die vltimo Octobris, decrefcendo eum scr. 46. & sic vbi dicit | 9 12 35
 g. 8. debet legi g. 7. vbi dicit 9. debet legi 8. vbi g. 10 debet legi 9. & sic de
 ceteris vsque ad principium Nouembris. Vt autem studioso, & cupido le-
 ctori in quantum possum satisfaciam, magnum catalogum horum erro-
 rum, qui ex motibus diarijs fiunt, tam in præteritis, quàm in futuris annis
 nunc offerro.

1554 Die 20. Iulij facit diarium ☿ g. 0. 28'. & debet esse g. 1. 28'.
 cum

ANIMADVERSI O

cum diarius antecedentis diei sit g. 1.29. & sequentis 1.25. & sic decrescit
 ☿ vno gradu.

1555 Die 22. Iulij facit diarium ☿ g. 2.42'. cum deberet esse g. 1.
 42'. cū antecedenti die faciat g. 1.44. sequenti 1.40. & sic crescit ☿ per g. vñ.

Die vltimo Augusti facit diur. ☿ 0. 11'. Re. sed antecedenti die g. 1. 17.
 sequenti g. 1. 8. Re.

1556 Februarij die 7. facit diarium ☿ g. 1.14'. antecedenti die i.
 44. seq. 2. 16.

Die 19. Aprilis facit diurnum ☿ g. 1. 54. Re. & debet esse g. 0. 54'. cum
 motus antecedentis diei sit 0.48. & subsequenti 0. 52. Re.

A principio Augusti vsq; ad dimidium error notabilis in ☿ nam die
 1.2.3.4. facit diarium eius g. 0. 39'. die 5. g. 0. 42'. die 6. 0. 52. die 7. decrescit
 g. 0. 9'. die 8. facit diur. 0. 51. die 9. g. 1. 51. die 10. g. 0. 10'. Re. die 11. g. 0.
 49. direct. die 12. g. 0. 48'. die 13. g. 0. 47'. die 14. g. 1. 9. die 15. & sequenti-
 bus g. 0. 38. & g. 0. 39. semper. Similiter eodem mense facit in ♀ nam
 die 10. crescit locum eius g. 1.

Die 28. Sept. facit diurnum ♀ g. 1. 32'. Re. & debet esse g. 0 32'. cum
 antecedentis diei sit diur. g. 0. 28'. Re. & seq. 0. 36'. Re.

Vltimo Septemb. ponit diurnum ☿ g. 2. 37'. cum sit 1. 37'. quoniam
 antecedentis diei diarius est g. 1. 37. & sequentis g. 1. 39.

Die 6. Decemb. facit diarium ♀ g. 1. 40'. cum tamen sit g. 0. 40'. Die 7.
 eiusdem facit diarium ☿ g. 1. 0'. Re. die 8. g. 0. 20'. Re. & die 9. g. 0. 41'. Re.

1557 Die 11. Ianuarij facit diurnum Mercurij g. 2. 20'. cum tamen
 deberet esse g. 1. 20'. nam præced. die facit diur. 1. 17'. & seq. 1. 23. simili-
 ter die 15. eiusdem facit diurnum ☿ g. 2. 32. cum tamen sit g. 1. 32'. quo-
 niā anteced. die facit diur. 1. 30'. & seq. 1. 34. & sic in isto mense crescit locū
 ☿ per duos gradus. Die 7. Aprilis facit diurnum ☿ g. 1. 3. Re. præce-
 denti autem die g. 1. 6. seq. vero g. 0. 36'. Die 20. eiusdem ponit diarium
 ☿ g. 1. 33'. cum tamen debeat esse g. 0. 33'. nam præcedenti die est g. 0. 27.
 & sequenti 0. 38.

Augusti die 19. ponit diarium ☿ g. 1. 56'. antecedenti aut die g. 0. 48'.
 seq. g. 1. 10'. Die 21. Octobris facit diurnum motum ☿ g. 0. 16'. & debet
 esse 1. 16'. cum anteced. diei diarius sit g. 1. 16. sequentis vero g. 1. 12.

1558 A die 2. Febr. vsque ad 7. error in motibus diarijs ☿. Die 3.
 Febr. facit diur. ☿ g. 1. 3'. die præcedenti 1. 45'. & die seq. 2. 21'.

Die 8. Aprilis facit diur. ☿ g. 1. 56'. & debet esse g. 0. 56. cum anteceden-
 tis diei diurnus sit g. 0. 54. & seq. 1. 7'.

Die 16. eiusdem facit diur. ☿ g. 2. 35'. cum deberet esse g. 1. 35'. nam
 præcedenti die ponit diur. g. 1. 32'. & sequenti g. 1. 39'. Errat ergo in hoc
 mense motum ☿ per duos gradus.

A 19. Iulij vsque ad 22. error in diarijs ☿.

Die

Die 18. Iulij facit diurnum φ gr. 1.34'. Re. cum tamen debeat esse gr. 0.32. nam præcedentis diei diurnus est 0.36'. Re. & seq. 0.26'. Re.

A die 4. Decembr. vsque ad diem 7. error in diarijs φ .

1559 Die 2. Iulij facit diurnum φ 1.23. Re. præcedenti die g. 0.30'. sequenti gr. 0.14'. Re.

Die 30. eiusdem facit diarium φ gr. 0.19'. præcedenti autem die gr. 1.19'. sequenti 1.8'. Die 22.24. & 26. eiusdem facit diurnum φ gr. 1.19'. cum tamen debeat esse gr. 1.9'. Die 27. Aug. 28.29. facit similiter diurnum φ g. 1.19'. sed die 30. facit diurnus eius gr. 0.19'.

Die 26. Sept. ponit diurnum σ gr. 0.39. & die 27. gr. 1.9'. die 28. g. 0.38'. die 30. facit diarium eius 0.0.

1560 Februarij die 26. ponit diurnum φ gr. 1.33'. præcedenti die gr. 0.20'. sequenti gr. 0.58'. Octobris primo facit diarium φ gr. 1.20'. Re. præcedenti die gr. 0.44'. Re. & subsequenti gr. 0.36'. Re.

1562 Iulij die 24. ponit diurnum φ gr. 0.38'. & debet esse g. 1.38'. nam antecedenti die est gr. 1.40'. & sequenti 1.36'.

A principio Septembr. vsq; ad 7. error notabilis in diarijs φ .

Novembris die 3. facit diurnum φ gr. 2.21. & debet esse 1.21'. nam motus diurnus præcedentis diei est g. 1.18'. & subseq. gr. 1.17'.

Die 17. eiusdem ponit diarium φ gr. 2.11'. & debet esse 1.11'. cum antecedentis diei motus sit 1.15'. & sequentis 1.8'. & sic in isto mense alternat motum φ per duos gradus.

1563 Ianuarij die 20. vsq; ad 24. error in motu diario φ .

Maij die 15. facit diurnum φ gr. 0.36'. cum tamen sit gr. 1.36'. nam antecedenti die facit diurnus gr. 1.34. & sequenti g. 1.37.

Iulij die 19. facit diurnum φ gr. 1.40. & debet esse 0.40. quoniam antecedentis diei diurnus est gr. 0.46. sequentis vero 0.36.

Augusti die 30. ponit diarium φ gr. 1.56. cum tamen antecedenti die faciat diurnus gr. 0.53. & seq. 0.58.

Octob. 4. facit diurnum φ g. 2.31. antecedenti die 1.46. sequenti g. 1.0.

Decembr. die 30. facit diurnum φ gr. 0.30. antec. autem die gr. 1.22. sequenti gr. 1.30.

1564 à die 18. Ianuarij vsque ad 21. error in diarijs σ .

Die ultimo Febr. facit diurnus σ gr. 1.32. cum deberet esse gr. 0.32. nam die antecedenti, & sequenti fuit diurnus g. 0.32.

Die 17. Sept. facit diurnus φ gr. 1.45. die 18. g. 2.0. & die 19. g. 1.27.

Die 28. Sept. facit diurnus φ gr. 1.33. die 29. g. 1.2. die ultimo gr. 2.1.

A 20. Nouemb. vsq; ad 24. error notabilis in diarijs φ .

A die 17. vsque ad 19. Decembr. error in diarijs σ .

1565 A die 25. Iulij vsq; ad 5. Augusti error notabilis in diarijs σ .

1566 Aug. die 11. errat in $\mathcal{L}$, sed corrigit se primo Septembr.

Nouemb.

ANIMADVERSI O

Nouemb. 3. facit diarium φ gr. 1. 57. & debet esse o. 57. cum motus diurnus antecedentis diei sit gr. o. 55. & sequentis gr. o. 59.

Die 23. Decembr. errat in φ sed corrigit se die 30. eiusdem.

1567 Ianuarij 17. facit diarium φ gr. 1. 40. & debet esse gr. o. 40. nā antecedenti die ponit diurnum gr. o. 35. sequenti vero gr. o. 44.

Octobris die 22. facit diur. φ g. 1. 50. cum tamen sit gr. o. 50. quia antecedentis diei diur. est o. 51. & seq. o. 49.

1569 Die 14. Februarij errat in φ sed corrigit se die 29.

Iunij 17. ponit diurnum φ gr. o. 52. cum tamen sit gr. 1. 52. nam & antecedentis, & subsequenter diei est gr. 1. 52.

Die 21. Nouembris facit diur. φ gr. 1. 44. cū deberet esse gr. o. 44. quoniam diur. diei præced. est gr. o. 50. & subsequenter gr. o. 39.

1578 Februarij die 21. facit diarium φ gr. 1. 38. & tamē debet esse gr. o. 38. nam præcedentis diei est gr. o. 35. sequentis o. 32.

Die primo Iunij errat in φ sed corrigit se die 8.

Die 10. Decem. ponit diur. φ gr. o. 40. & debet esse 1. 40. nam diurnus antecedentis diei est gr. 1. 39. subsequenter vero gr. 1. 41. Die 23. eiusdem facit diurnum φ gr. o. 49. & debet esse gr. 1. 49. cum diarius antecedentis diei sit. g. 1. 48. seq. g. 1. 49. quare sequitur error duorum gradum.

1579 Febr. die 5. facit diurnum φ grad. o. 2. antecedenti die 1. 8. sequent. o. 25.

1580 die 13. Augusti facit diarium φ gr. 1. 36. cum deberet esse g. o. 36. nam antecedentis diei motus est gr. o. 38. sequentis o. 36.

Sept. primo facit diurnum ψ g. 1. 6. sed corrigit se die ultimo Octob. faciendo diur. o. 46. Re.

1581 Aprilis 20. facit diur. φ o. 10. cum tamen sit gr. 1. 10. nam præcedenti die facit diur. gr. 1. 14. & sequenti gr. 1. 5.

Augusti 27. facit diurnum σ gr. o. 29 cum tamen debet esse o. 39. nam antecedenti die ponit diur. o. 39. & sequenti o. 40.

1582 Ultimo Martij facit diarium φ gr. o. 24. cum tamen sit. g. 1. 24. nam antecedenti die ponit diur. gr. 1. 28. & seq. 1. 19.

Iunij 20. facit diurnum φ gr. 1. 32. cum tamen sit g. o. 32. nam præcedenti die facit g. o. 30. sequenti gr. o. 33.

Die ultimo Decembris facit diurnum σ gr. o. 2. dir. antecedenti die gr. o. 27. Re. sequenti qui est 1. Iunij gr. o. 22. Re.

1583 Die 17. Febr. facit diur. σ scr. 17. cum tamen sit 7. nam die antecedenti & sequenti est scr. 6.

Die 12. Iulij facit diur. φ gr. 1. 21. & est gr. 1. 11. quoniam antecedenti & sequenti die facit gr. 1. 11.

1584 Ianuarij die 6. facit diur. φ gr. o. 22. & debet esse o. 12. quia antecedenti die ponit o. 10. & sequenti o. 14.

Die

Die 22. Martij facit diurn. σ o. 37'. & debet esse o. 47'. nam die anteceden. & sequenti est o. 47'.

1585 primo Ianuarij facit diurnum φ gr. 1. 25'. cum tamen sit g. 1. 15'. nam antecedenti die ponit gr. 1. 14'. & sequenti gr. 1. 15'.

Die 6. Iunij facit diurn. φ gr. 1. 58'. & debet esse gr. o. 58'. quoniam antecedenti die facit diurnum gr. 1. 3'. & sequenti gr. o. 56'. Die 29. Sept. facit diurnum Ω scr. 14'. quod esse non potest.

1586 Die 6. Martij facit diarium φ gr. o. 14'. sed die 8. corrigit se faciendo diariū g. 2. 14'. & potest esse error impressionis. Sept. die 8. facit diurn. φ g. 2. 12'. cum tamen sit g. 1. 12'. nam antecedentis diei diurn. est gr. 1. 14'. sequentis 1. 12'.

1587 Die 22. facit diurnum φ gr. 1. 18'. & debet esse 1. 8'. cum antecedentis & sequentis diei diurnus motus sit gr. 1. 8'.

Die 19. Decembr. facit diurn. φ gr. 1. 50'. & debet esse gr. o. 50'. quia antecedentis diei diurnus est gr. o. 56'. sequentis gr. o. 46'.

1588 Die 24. Febr. & die 25. 28. 29. & primo Martij facit diurnum Ω scr. 4. quod minime esse potest, nam motus diurnus Ω est scr. 3. 11'. & singulis quinque diebus additur vnicus scr. ex coacervatione illorū secundorum. Die 8. Maij facit diurn. φ gr. 1. 44'. Re. & debet esse g. o. 44'. Re. quoniam antecedenti die facit diurn. o. 46'. Re. & seq. o. 40'. Re. Die 4. eiusdem facit diurnum φ gr. 1. 20'. & debet esse 1. 10'. nam antecedentis diei diarius est 1. 10'. & seq. 1. 9'.

Die 3. Nouembr. facit diurn. Ω scr. 13'.

1589 Ianuarij ultimo facit diurnum φ gr. 2. 38'. cum tamen sit 1. 38'. nam antecedentis diei diurnus est gr. 1. 36'. sequentis gr. 1. 40'.

Iulij die 12. ponit diurn. φ gr. o. 35'. & debet esse gr. 1. 35'. cum diarius antecedentis diei sit gr. 1. 36'. sequentis gr. 1. 33'.

Septembris die 3. facit diarium φ gr. 1. 55'. cum sit tamen gr. o. 55'. quia antecedentis diei diarius motus est gr. o. 50'. sequentis o. 59'.

Nouembris die 15. ponit diarium φ gr. 1. 4'. cum debeat esse gr. 1. 14'. nā antecedenti & sequenti die facit diurnum gr. 1. 15'.

1590 Martij die 26. facit diurn. φ gr. 1. 40'. Re. & debet esse gr. o. 40'. nam antecedenti die facit gr. o. 35'. Re. sequent. o. 46'. Re.

Maij die 11. facit diurnum σ gr. o. 51'. & debet esse gr. o. 41'. cum antecedentis & seq. diarius sit gr. o. 41'.

Septem. die 6. facit diarium φ gr. 1. 52'. & debet esse gr. o. 52'. nam die præcedenti est gr. 1. 42'. sequenti gr. 1. 43'.

1591 Iulij die 15. facit diurnum φ gr. 1. 18'. Re. antecedenti die o. 42'. Re. & sequenti o. 32'. Re.

Ultimo eiusdem facit diarium φ gr. o. 9'. & debet esse gr. 1. 9'. nam antecedenti & sequenti die ponit diarium g. 1. 10'.

Nouemb.

ANIMADVERSI O

Nouembr. die 25. 26. 27. 28. 29. 30. facit diarium ☉ semper Scr. 4'. quod esse non potest,

1592 Aprilis die 22. facit diurnum ☉ Scr. 9'.

Iulij die 14. facit diur. ☿ gr. 2. 7'. præcedenti die gr. 0. 55'. sequenti gr. 1. 9'.

1593 Martij 25. facit diarium ♀ gr. 1. 18'. antecedenti die gr. 0. 8'. sequenti gr. 0. 7'.

Augulti die 11. facit diurnum ♀ gr. 0. 25'. & debet esse gr. 0. 15'. nam antecedentis diei est 0. 13'. sequentis est 0. 17'.

Die 20. facit diarium eiusdem 0. 39'. cum tamen debeat esse 0. 29'. antecedentis autem diei est 0. 27'. sequentis 0. 31'.

Vltimo Decembris facit diurnū motū ♄ gr. 1. 14'. & debet esse 0. 14'.

1594 Ianuarij die 1. 5. 7. 11. 12. 14. 16. 17. 18. 21. 23. 24. 29. 31. facit diarium ☉ Scr. 4. semper, die vero decimo facit diarium Scr. 6. & die 26. scr. 5. quod esse non potest.

Iunij die 8. facit diur. ☿ gr. 1. 54'. & debet esse gr. 0. 54'. nam diei præcedentis diarius est gr. 0. 51'. sequentis 0. 56'.

1595 Aprilis die 10. ponit diarium ☿ gr. 0. 25'. antecedenti die gr. 0. 52'. sequenti gr. 1. 1'.

1596 Ianuarij vltimo facit diarium ♄ gr. 0. 2'. die præcedenti, & sequenti gr. 0. 12'.

Februarij die 14. ponit diur. ☿ gr. 0. 53'. antecedenti die gr. 1. 54'. sequenti 1. 53'. similiter die 16. facit diur. ☿ 0. 54'. & seq. 1. 54'. & sic alterat locum ☿ per duos gradus.

Iunij die 27. facit diurnum ☿ gr. 0. 48'. antecedenti die 1. 49'. sequenti 1. 47'.

Die 26. 27. 28. 29. 30. Nouembris & die 2. 4. 6. 7. 9. 10. 11. 12. 14. 15. 16. 18. 20. 21. 22. 23. facit diarium ☉ gr. 1. 2'. quod esse non potest, nam cum sit in minima Eccentricitate maior motus esse non potest plusquam gr. 1. 1. 6" vt superius diximus, & vt colligitur in Tab. Prutenicis in canone motus horarij ☉ perpetui.

1597 Ianuarij vltimo facit diarium ♀ gr. 2. 5'. antecedenti die & sequenti gr. 1. 12'.

Maij 10. facit diurnum ☿ gr. 0. 46'. antecedenti die 1. 45'. seq. 1. 48'. die 12. facit diur. eiusdem 0. 49'. die 13. gr. 1. 50'. Die 29. facit diurnum eiusdem gr. 2. 54'. & die 30. similiter 2. 54'.

Augulti 18. facit diurnum ♄ gr. 0. 17'. præcedenti die 0. 7'. sequenti 0. 6'.

Nouembr. 18. 22. 25. 26. 28. 30. & Dec. die 2. 5. 6. 10. 11. 13. 15. 16. 17. 21. 23. 26. 29. 31. facit diur. ☉ gr. 1. 2'. q. esse nō potest, vt superius diximus.

1598 Die 27. Febr. facit diur. ♄ scr. 17'. die præcedenti, & sequenti scr. 7'.

Iunij

Iunij die 30. facit diur. ☿ gr. 0.58'. Re. antecedenti die 0.32'. sequen-
ti 0.40'. Re.

Die 16. Septemb facit diurnum ♄ scr. 3'. Re. sed antecedenti die scr. 7'.
seq. scr. 6'. directè semper.

Octobris 29. facit diurnum ☿ g. 0.9'. Re. antecedenti gr. 1.0'. Re. sequen-
ti 0.39'. Re.

Die 12. 14. 16. 18. 21. Nouembris & die 7. 8. 10. 15. 16. 17. 18. 19. 20.
21. 23. 27. 28. 31. facit diurnum ☼ gr. 1.2'. quod esse non potest.

1599 Ianuarij die 23. 25. 26. 27. ponit diurnum ☼ g. 1.2'.

Martij 18. facit diurnum ☿ g. 0.12'. antecedenti die 1.8'. seq. g. 1.10'.

Die 5. Augusti facit diurnum ♂ gr. 1.38'.

Die 21. 28. 30. Nouemb. & die 2. 3. 6. 8. 11. 12. 14. 15. 18. 22. 23. 28.
30. 31. facit diurnum ☼ g. 1.2'.

Decembris ultimo decrescit ♄ scr. 30. cum tamē sit directus, eadem die
etiam decrescit locum ♄ gr. 1. scr. 3. & ☉ scr. 6.

1600 Maij 10. facit diurnum ♄ scr. 18. antecedenti die scr. 7. seq. 8.
Eodē mense die 15. facit diurnū ☿ g. 1.40'. antecedenti die 0.45'. seq. 0.34'.

Ultimo eiusdem facit diurnum ☿ gr. 1.35'. Re. quod esse non potest.
Augusti die 11. facit diur. ♂ gr. 1.41.

Die 13. 16. 19. 23. 29. Nouembris & die 1. 2. 8. 10. 12. 15. 16. 18. 19. 20.
24. 26. 29. facit diur. ☼ gr. 1.2'. Ultimo Decemb. facit diur. ☿ 1.39'.

*Additio aliquot errorum motuum diariorum in
annis, qui huic ultimæ editioni Stad. prate-
rito anno 1581. accesserunt.*

1601 Ultimo Ianuarij ponit diur. ☿ gr. 0.7'. antecedenti die gr. 1.14'.
seq. 1.13'. Ultimo eiusd. ponit diur. ☉ scr. 7.

Febr. die 22. facit diur. ☿ g. 0.48'. antecedenti die gr. 1.45'. seq. 1.48'.

Die 10. Apr. facit diur. ☿ gr. 0.12. Re. antecedenti die. 1.50'. dir. & se-
quenti 1.47'. dir. & est error notabilissimus.

Die 19. 21. 23. 26. 29. Nouembr. & die 1. 6. 7. 10. 11. 12. 13. 14. 17. 18.
19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. facit diur. ☼ 1.2'.

1602 Ianuarij 2. 3. 5. 12. & die 2. 4. 6. 8. & vsque in finem mensis
facit diur. ☼ g. 1.2'.

Ultimo Decemb. ponit diur. ♄ scr. 27. antecedenti & seq. scr. 6.

1603 Die 2. 3. 7. 9. 12. 14. 17. 18. 25. 29. Ianuarij, & die 10. 11. 12.
15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 26. 27. 29. 30. facit semper diurnum ☼ g. 1.2'.

1604 Sep. 1. facit diur. ☿ g. 1. scr. 9'. anteced. gr. 1.40'. seq. 2.17'.
Die

Die 4. 5. 6. 8. 13. 21. 22. 25. 27. 28. Nonemb. & die 1. 5. 6. 10. 11. 12. 14. 15. 16. 17. 19. 25. 30. 31. facit diur. ☉ g. 1. 2'.

I 605 Die 12. Ianuarij facit diurnum ☿ g. 2. 28'. antecedenti die g. 1. 51. seq. g. 1. 15'.

Die 28. eiusdem facit diur. ☿ o. 57'. antecedenti die 1. 35'. seq. 2. 17'.

Die 25. Iulij facit diarium ☼ scr. 47'. solum.

Die 18. Octobr. & similiter die 19. facit diur. ☿ g. o. 46'. sed à 6. Octob. vsque ad finem facit diur. ☿ semper o. 36'. exceptis illis duobus diebus.

Die 1. 4. 8. 9. 10. 11. 13. 14. Ianuarij & die 8. 14. 19. 22. 28. 29. Die similiter 6. 8. 10. 13. 14. 15. 17. 18. 19. 22. 25. 26. 28. 30. facit diarium ☼ g. 1. 2'.

I 606 Ianuarij die 1. 3. 8. 9. 12. 18. facit diur. ☼ g. 1. 2'. Die 16. Aprilis facit diarium ☿ gr. 1. 14'. antecedenti die 1. 54'. seq. 2. 34'. Decemb. die 13. 15. 17. 18. 19. 24. facit diur. ☼ gr. 1. 2'. Die vltimo Feb. facit diarium ☼ scr. 49'. solum.

Die 9. Augusti ponit diurnum ☼ gr. 1. 8'.

Ex hac polixa errorum descriptione satis clarè apparet, Stadiū verum supputandi modum minimè caluisse, quoniam in tot lapsus non tam saepe incidisset, cum in multis alijs etiam locis cum hallucinatum fuisse ex calculo comperitur, neque hoc incredibile cuiquam esse debet, quoniam si in his diarijs addendis tantam negligentiam ostendit, multo magis in motibus per tabulas deducendis (cum difficilior existat operatio) in maximos errores labi iudicandum est, accedit etiam ad hoc, quòd tabula Bergenfes, quibus utebatur, nō ita exquisitè ex Prutenicis deductæ sunt, omittunt nāq; in illis nimie breuitati studens, non solum singulas differentias adiacentes, quæ in supputando multum commodi afferunt: sed etiam negligit secunda, quæ interdum 6. vel 7. scr. errorem pariunt, etenim vbi fit maximus excessus orbis ☿ partium ferè 13. si cum 30. secundis quos Stadius omittit, pars proportionalis assumatur, producuntur scr. 6. 8. aliqua secunda. Præterea minimè prætereundum silentio decreui, in eundem etiam lapsum Franciscum Iunctinum in tabulis suis resolutis incidisse, & ut vir, qui pauca intelligit & multa scribit, præter multos alios errores, hunc flagitiosum, detestabilemque admittit, asserens, quòd scrupula proportionalia cum centro æquato more Alphonsinorum capi debent, cum tamen iuxta Ptolemæum, Copernicum, & canones Prutenicos cum centro medio capiuntur, nec vidit ipse commenta Erasmi in Theor. planetarum, vbi in fine tractationis citum superiorum hæc verba ponit. *Tantum hoc adijciendum est, apud Ptolemæum excerpti minuta proportionalia per centrum medium non verum, nec video sanè vllam probabilem causam, cur Alphonsini nobis in hac parte mutauerint, seu deformarint potius tabulas venustissime à Ptolemæo dispositas.* Hæc ille. Vnde sequitur Iunctinū semper in motu cuiusq; planetæ, quādoq; per integrū gradum, & quandoque plus aberrare posse. Cæterum ad institutum meum reuertens

uertens iure facturus videor, si catalogum notabilium differentiarum mearum Ephemeridum ab illis Stadianis singulis annis contingentium, quem assiduo studio elaboravi, nunc in apertum proferam: sed cum hoc meum opus apud literatos vllam gratiam inire posse sola auctoritate diffiderem, ideo quàm plurima planetarum loca à Stadio annotata, multum cum nostro calculo dissidentia, per tabulas Prutenicas examinanda duxi, ut studiosi certificentur, & Stadium magnopere aberrare, & nostrum calculum quàm proximè ad veritatem accedere. Exordiamur ergo à motu ☉ ponendo primo differentias aliquot annorum, quæ alicuius momenti sunt.

*Tabula differentie harum Ephemeridum à Stadianis
ad singulos menses annorum subsequentium
in motu Solis.*

Anni	Jan.	Feb.	Mar.	Apr.	Ma.	Iun.	Iul.	Aug.	Sept.	Oct.	Nov.	Dec.
1596	2	4	19	19	18	7	6	5	12	26	38	53
1597	54	56	53	44	32	23	13	5	12	28	39	51
1598	57	56	55	43	33	20	12	6	13	28	41	52
1599	61	59	53	45	32	21	13	7	15	29	40	52
1600	59	58	56	50	35	22	13	9	17	27	41	53
1601	55	57	53	44	36	24	15	9	11	28	39	53
1602	59	58	54	43	23	9	3	8	6	5	5	30
